



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 6. Politia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

§. 5. Religio.

MARS omnium Deus, eique pro simulachris enses, & tentoria dedicant. Homines pro victimis cædunt, *Mela*. Ignem etiam, Solem & Lunam coluerunt, *Clemens Alexandrinus*. Postmodum ad eos aduecti ex Græcia Iupiter, & alia turba deorum.


Fœdera apud eos non sunt incruenta: & verè fœdus percutiunt: eximunt sibi sanguinem permixtumque degustant, idque putant mansuræ fidei signum certissimum, *Mela*. Addit Herodotus lib. 4. eo etiam sanguine illinere acinacem, securim, tela, multis se verbis deuouere, tum demum vinum suo mixtum sanguine potare.

§. 5. Politia.

Princeps hîc parenti nullus succedit, sed à populis eligitur, *Strabo*. Rex in Chersoneso semper dicitur tyrannus quantumvis *νομίμος* imperet. Rex Bosphoranorum vltimus fuit Parysates, qui cùm Barbaris resistere non posset, maius tributum exigentibus Mitridati Eupatori sese submitit, *Strabo lib. 7.*

Roxolani quoque Regem suum habuere, & iis imperauit Ateas ille, qui contra Philippum Amyntæ filium bella gessit. Roxolani autem omnes profitentur militiam suosque locant agros, & in eos qui stipendia, aut fructus denegent arma circumferunt. Hinc Afander quidam Isthmum Tauricum muro permuniuit, quem decem turribus firmauit.





VETVS DIVISIO SARMATIÆ.

	ÆSTIÆI	{	Scyri. Hirri.
P O-	VENEDÆ	{	Troglodytæ. Geloni. Neuri.
P VLI	BASTARNÆ	{	Sidones. Carpiani. Atmoni. Peucini. Borani.
SAR-	TYRANGITÆ		vbi & Axiacæ.
M A-	R O-	{	Effedones. Tanaitæ.
	M A-	{	Bafilides.
	X O-	{	Iazyges Mæotæ: Boristhenitæ.
	B I I.		
	LANI		
T IÆ.	GEOR-	{	Tauri.
	GI	{	Bosphorani.
	RIPHACES	{	Agathyrsi. Arimaspi. Hyperborei.

